Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 58

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 120.

Hispanus Toletanus, floruit seculi XI et XII. Ejus labores in Astronomia laudat Martinus Hortensius; et Aben Ezra, 71. anis Aryachele posterior, in libro, qui titulus: Initium Sapientiæ scribit, neminem illo seculo comparandum fuisse cum Aryachele in observandis coeli motibus. Vid. Anton. Bibl. Hisp. T. 2. p. 240. G. Vossium. T. 3. de Mathesi, c. 36. §. 13. Heilbronner, Hist. Mathes. p. 457. § 497. item pag. 628. 630. 642.

Cod. LVIII.

Membran. Fol. min. Sec. 15. 1. 7.22.

Diogenis Laertii Libri X. de vitis ch. Philosophorum.

Diogenis Laertii Libri X. de vitis, Dogmatibus et Apophthegmatibus clarorum Philosophorum, ab Ambrosio Florentino e græco in latinum traducti. Codex noster eleganter quidem scriptus, sed prioribus octo foliis destitutus incipit a verbis: "Tum sex alios nominat, quorum ex numero tres eligit". Unde patet, deesse prooemium, et vitæ Thaletis maximam partem. Versionem quod attinet, eam contuli cum editione Diog. Laërtii, Amstelod. apud H. Wetstenium 1692. 4. quo continet latinam Ambrosii versionem, sed completam et emendatam a Marco Meibomio. Conveniunt in plurimis etiam ad verba; sæpe vero inter se

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 58

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 121.

discrepant in sensu; unde persuasum est mihi, in Ms. nostro genuinam s. i. e. absque Maibomii emendationibus Ambrosii contineri translationem. Consului modo Diogenis editionem Venet. per Philipp. Pinzi, 1497. fol. quae per omnia similem cod. Ms. nostri versionem exhibet; unde conjectura adcertitudinem usque firmatur.

Diogenes Laërtius Cilix ex Laërte oppido oriundus floruit post medium Soc. III. Aeruditis ideo maximi habetur, quod primus historia philosophica argumentum tractaverit. Vid. Fabric. Bibl. graca, lib. 4. p. 600. et seq.

Ambrosius Traversarius, natus non procul Florentia, 1376. Magister Poggii Florentini, ord. Camaldulensis generalis, obiit Florentiae 1439. probitate et doctrina inclytus. Primus latine vertit Diogenem; de qua autem versione Fabric. l. c. p. 604.: „Quamquam vero simplici quodam decore se commendat illa translatio, multa „tamen Laertii Ambrosius non est assecutus, quo„dam plane omisit, quin judice Menagio tanta „licentia in his libris vertendis usus est, ut „scriptorem potius historia, quam interpretem „dixeris." Plura Fabric. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 89.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 58

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1750

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)